



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117816

§. 18. Saxonum Victores.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](#)

Sæculum V. nium Apostolorum, multorum Martyrum
A. C. 430. Reliquias, quas in diversis Provinciis col-
 legerat, immisit; tunc ex ipso loco pul-
 verem, S. Albani sanguine tintatum, acce-
 pit, & secum abstulit. Et ubi ad sua re-
 versus est, in ejusdem honorem Eccle-
Hist. Episc. siam in Civitate Antissiodorensi extruxit,
Antiss. pag. in qua has Reliquias deposituit.
 416.

§. XVIII.

Saxonum Victores.

Const. Lib. I. Saxones, & Picti bellum Britannis infec-
 t. c. 28. *Beda* rebant. Picti erant Barbari in Insu-
I. hist. c. 14. læ parte habitantes, quæ ad Septentrio-
 n. 15. nem posita est, ita dicti, quod variis co-
 loribus corpora pingerent. Saxones
 erant Germaniæ populi, qui a Britannis
 vocati, ut ipsis adversus Pictos opem fer-
 rent, posteriori tempore fœdera cum iis
 ipsis, contra quos advenerant, inierunt,
 ut in Britannia Sedes stabilirent, quod
 tandem post annos ferme viginti quinque
 obtinuerunt. Hostium numero territi
 Britanni auxilium a SS. Episcopis petiere.
 Tempus erat quadragesimale, & multi
 eorum, SS. virorum prædicationibus fi-
 dem edocti, baptizari voluerunt; itaque
 major pars exercitus ad Festum Paschale
 aperto campo, in templo ramentis constru-
 cto, baptizata. Peractis festis, Gratia, quam
 receperant, roborati, & auxilium Dei spe
 forti exspectantes, in hostes ituri, itineri

f

se accinxerunt. Duce se præbuit S. Ger- Sæculum V.
 manus, & illius artis, quam juvenis quon- A.C. 430.
 dam exercuerat, non immemor, misit,
 qui locorum situm explorarent; tum suos
 in valle, quam natura munierat, collocat,
 qua inimicis transeundum erat, qui im-
 paratos invadere sperabant. S. Germa-
 nus suos monuit, ut omnes eandem vo-
 cem, quam ipse præiret, conclamarent;
 & cum ter clamasset: *Alleluja!* univer-
 sus exercitus repetiit eundem clamorem,
 qui, ab imminentibus montium jugis mil-
 lies repercussus, horribili fragore hostium
 animos tam subito metu perculit, ut ab-
 jectis armis, & laxatis ordinibus, ipsa
 etiam impedimenta, hostibus diripienda
 sine custode, relinquerent. Non pauci,
 fluminis vadum tentantes, fluctibus hau-
 sti sunt. Ita SS. Episcopi, Britannia a Pe-
 lagianorum hæresi, & Saxonum Tyranni-
 de, liberata, in Galliam ad sua revereti
 sunt. S. Cœlestinus Papa, ut Religionem
 in hac Insula magis, magisque stabiliret,
 illuc secundo misit Diaconum Palladium,
 quem Scottis Episcopum ordinaverat; pri- *Prosp. I.*
 mus omnium is fuit ad hanc Gentem mis. *cont. coll.*
fus Episcopus, quæ hactenus extrema bar- *c. 4.*
 barie horruerat. S. Hieronymus litteris *Hier.ep.83.*
 consignavit, inter hos populos nullas con- *ad ocean. 8.*
 jugii leges fuisse, atque comestione car- *2. in Jo-*
nis humanæ ita delectatos, ut mammae *vin. c.*
fæminarum, si quas in loco remoto, quo

D 3

auxi-

Sæculum V. auxiliari misellis nemo posset, deprehensio
A. C. 430. dissent, aliasque partes cœteris magis
carnosas, amputarent. S. Paulladius in
Scotiam Episcopus missus est, cum Bas-
fus, & Antiochus Consulatum gererent,
Prosp. in id est, cum annus a reparata Salute 431.
Chron. volveretur.

§. XIX.

Epistola Joannis Antiocheni ad Nestorium.

Sanctus Cyrillus acceptis per Diaconum Possidonium S. Cœlestini Papæ epistolis, easdem, ad quos pertinebant, submisit. Suas etiam junxit illis, quæ ad Joannem Antiochenum, & Juvenalem Jerosolymitanum directæ erant. Juvenalis ante tres, quatuorve annos Prayli successerat. Joannem hortatur, ut, quid facere vellet, statuat, aperiens, apud se constitutum, Papæ sententiam sequi, & Episcoporum Occidentis, ut eorum communione servaret. Ad Juvenalem dicit: Imperatori scribendum, Religionis Præsidium susciperet, & Ecclesiam hoc Pseudo-Pastore liberaret. Utrique indicat, nihil a se intentatum jam esse, quo Nestorius ad meliora reduci potuisset.

Joannes Antiochenus in paucis erat amicus Nestorii, qui inter suos Clericos delectus ad Episcopatum fuerat. Itaque cum S. Cyrilli epistolam accepisset, ad eum scripsit, mittens ejusdem, & S. Cœlestini